HIERONYMUS
Österreich, 12. Jh.
Seite 40r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26112
Copyright: Admont, Benediktinerstift



scripturas memoriae reuoluerat. Panem uero dominica tantum die sumebat
a bono diuinitus delatum. Nam cum oraret surgens aboratione in
uenebat panem positum quem nemo hominum detulerat, hunc ubi cum
gratiarum actione sumpsisset sufficiebat ei usque ad alteram dominicam.
Post multum autem temporis iterum regressus ad eremum cum eremo ab
stinentiae suae quam plurimos admirationem sui inuitauit. Inter
quos accessit ad eum adolescens quidam cupiens ei ee discipulus.
Cui ille cum habitum monachorum hoc est tunicam a cucullam ac me
lotem quae est capitia pellis imposuisset docere eum coepit monas
chorum institutionibus coepit. Multa tamen cum sollicitudine curabat
si cui quis christianorum fuisset defunctus ut sepeliret eum. Quem cum
uidisset adolescens ille discipulus suum cum diligentia mortuis
indumenta aptantem dixit ad eum. Velim ut me mortuum ita induere
ac sepelires magister. At ille ait ita faciam fili a te copiose te
induam donec dies sufficit. Post non multum uero temporis defunctus
est adolescens a praedictus sermo expletus. Cum enim plurima indumenta ei ereum
dedisset. ait ad eum coram omnibus. Sufficiunt haec ad sepulturam
filiole. an adhuc uis ut aliquid addam. Et defunctus uocem cunc
tis audientibus emisit obuelata facie multumque constricto. a dixit.
sufficit. Pater. impleui quod promiseras. Obstupuerunt autem quicumque pesentes
aderant. admirati sunt ualde super tam mirabili facto eius. At ille se
pulto adolescente continuo ad heremum redit. summo studio ac
tamen declinans. Quodam autem tempore iterum de heremo uenit
ad uisitandum fratres quos ipse instituerat, a cum quidam ex fratres inter
ueniens ageret. reuelatum est ad hominem quod moriturus esset. hora autem iam erat
ad uesperam declinans festinabat quo ut eum uidere posset. Vicus autem
ubi decubebat aegrotus longo adhuc aberat spacio. et nolens
noctem introire uicum. simul a fal uatoris sermonem in
tra semetipsum meditans. quo dicit. qui ambulate dum adhuc
lucet. ne uos tenebrae comprehendant. et qui ambulat in luce non offendit.